Faxit trina salus nuptias secundas viri singulari eruditione ac virtute cla...

Hielmberg, Michael Troëlii

1 Ic Fol.

National Library of Sweden



FAXIT TRINA SALUS NUPTIAS SECUNDAS
VIRI
Singulari Eruditione ac Virtute Clariſſimi Domini

M. ANDREÆ VVANOCHII,

IN REGIA ACADEMIA ABOENSI EXTRAORD: PHYS: PROFESSORIS
NEC NON IBIDEM SYNEDRII ACADEMICI SECRETARII
ACCURATISSIMI

SPONSI,

Simulq; Pudicitiâ, formâ omnibusq; ſexus ſuæ Virtutibus
Ornatiſſimæ VIRGINIS

SUSANNÆ JULIANÆ
SUENONIÆ;

VIRI
Admodum Reverendi

ENEVALDI SVENONII

S. S. Theologiæ Doctoris & Profeſſoris Primarii, Conſiſtorii utriusqve Adſeſſoris
Graviſſimi, nec non Eccleſiarum Aboënſium & Nummenſis Paſtoris
vigilantiſſimi Filiæ lectiſſimæ,

SPONSÆ,

Quorum Fœdus connubiale, in templo Cathedrali Aboënſi ritu decenti conventientibusq; ceremoniis publicè celebratum die 21. Octob. Anno 1680.



Sic debitæ gratulationis, & obſervantiæ ergo vovent
Tres Fratres Germani Smolandi

ABOÆ, Excudebat JOHANNES Winter.

Nunc amor exortus, dilectio regnat in orbe
A qvo conjugÿ lexq; decusq; venit,
Qvo duo corda Deus lecto ſociavit in uno,
Et caſtis juſſit nexibus eſſe pares.
Urit amor volucres ventis atqve aere vectas
In gelidis piſces fluctibus urit amor.
Conjuge pro chara, depugnant ſæpe Leones
Pro catulis properat Tygris in arma ſuis
Aurea res amor eſt, juſtos qvi jungit amantes
Et tamen eſt omni crux in amore ſua.
Conjugium humanæ qvædam eſt Academia vitæ,
In qvo nemo ſatis ſe didiciſſe putet.
Sed tamen ille ſapit finem qvi novit & uſum,
Autoremqve Deum diſcit ubiqve ſeqvi.
Nunc o! fauſta dies laudes tibi cantat & hymnos
WANOCHI fautor ſemper amande mihi
Cum ſis pierios flos nobilis inter alumnos
Ac etiam patrÿ non leve nomen agri.
Eia tibi canitur, cumulatur gloria verſu
Svaviter unanimi, carmina ubiqve ſonant.
Princeps conjugÿ geminos nunc afflat honores
Qvi venit hinc, vero fonte perennat amor.
Pſallite pierides lætum depingite Sponſum,
Et facite ut vivat, gloria voſtra manet!
Tu probitate cluens coſtam complecteris ulnis
Coſtam Sponſe ſuam, qvæ tibi dulce decus
Hæc nitidam geſtat generoſa in fronte corollam
Qvæ ſpecimen caſti pectoris eſſe ſolet.
Et virtute ſua formaqvæ notabilis iris
Virginibus decori eſt ſplendida ſylva tibi
Svaviolum roſeis tibi fert JULIANA labellis
Omnibus hocce bonis ceu facis anteferes.
Nunc Sponſe Deo caſtus cum conjuge vive,
Hanc caſto conjunx pectore lætus ama.
Tecum Neſtorios conjunx feliciter annos
Exigat & ſeni dulce levamen erit.
Adfluat ampla tibi partarum copia rerum,
Juſtus & innumeros fundet Agellus opes.
Pingvis ut uberibus ſuccreſſit oliva racemis
Sic creſcet natis obſita menſa tuis.
Ipſe Deus vitam multos producat in annos,
Teqve pio dignum reddat honore ſenem.
Sponſa tuis igitur conplexibus excipe Sponſum
Sydere qvem fauſto pronuba juno dedit.

In debiti officii declarationem ſic gratulatur
MICHAEL T. HJELMBERG/
S. R. M. Al.

Chori ſicelidum
Carmini veſtro additamentum imponite Euphonicum:
Caſtas inducunt, non ſimplici voce, ſorores
Apollinis fratres vobis;
Vidiſtis, Eja vidiſtis!
Capita redimita coronis
Ut prodiêre veſtri oneris levatrices,
Qvæ veſtro conſortio maximè dignæ,
Aſſeclæ Dianæ,
Vidiſtis duci illas,
(Aſt Zelotypus procul)
Ab illis,
Qvos laureis ſertis antea ipſæ ornaſtis,
Qvos veſtro connubio olim dignos putaſtis.
Non eſt cur memorem.
Sæpius dictaſtis pia vota novellis
Hiſce
Vos Neonymphis plus qvam carmine læto;
Scilicet
Ea veſtra eſt ſapientia,
Nihil hic veſtros unqvam remorabitur amores,
Imo veſtros hic amor novus augebit honores;
Dum olim ſurgant ſponſorum noſtrum
Surculi novi,
Veſtros amplexus qvi qvoqve meditabuntur,
Qvi neqve connubio vos ſuo dedignabuntur
Nec ſe indignos eodem profitebuntur.
Interea
Adplaudite ſponſis hodiernis,
Siqvidem vobis in illis non minima meſſis.
EST SPONSUS,
Qvem vos ipſæ, & qvi vos ipſus amavit.
EST SPONSA,
Qvæ vos docta eſt omni loco venerari;
Nata, educata, inſtituta,
In veſtra Schola:
Ergo vovete
Supra meas laudes Clariſſimis Neonymphis
Sanitatem, proſperitatem, felicitatem.
Nec non
Omnem beatitudinem!

Poſuit

SVENO T. HJELMBERG.
Wex. Smol.

In Spe
& Charitate

JAgh weet itt ädelt Diur/ beprijſat vppå Jorden
Medh färgor ſkiön och ſijn/ ſom finnes här i Norden
Des Art widt öfwergår/ mång annor Creatur
Som wiſtas vnder Sky/ i Wäder Skogh och Buur
Rätt Dufwan menar iagh/ ſom ej haar bitter Galla
Then Wrede wäcker vp/ Haat/ Ondſko/ Willewalla.
Så bör och Echta-Folck/ all Twedräckt fly och Pruut/
Ej låta Gallan ſtraxt vpſpringa ſåſom Kruut/
Men fromheet älſka ſtädz/ i trooheet gärna lefwa;
Tå ſkal ej yppas Sorg i Glädie ſku the ſwäfwa.
Och ſåſom Dufwan from/ hon fäller mongen Suck/
Så bör bå Qwinn' och Man/ vndſly all Trug och Påck/
Gudh älſka öfwer alt/ i Nödh til honom ſucka
Faſt alt ej trårät går/ ſå får man doch ej påcka/
Ty Glädie/ Frögd och Godz/ ſielff gifwer Herren Gudh
Framgång godh Lycka medh/ effter hans helga Budh
Medlijdande böör haa Echta Perſoner ſäta
Medh hwar annan all ſtund/ thet kan them mycket båta
Som Dufwan på torr Green/ faſt qwijder Makan ſin
Så tränger ächtas Qwaal/ i bägge Hiertan inn
En Fogel ſpaak och blijdh/ then ej medh Kloor hårt ſpänner
Och ej medh Näfwen ſin/ en annan genom ränner;
Men Dygdig/ Spaak och From/ emoot ſin Maka kär/
Faſt trogen altijdh blijr/ och ſtadigh Wänſkap bär/
Behåller och then krafft/ ſom henne gaff Naturen
Vthi den förſta tijdh/ ſampt medh dhe andre Diuren.
Här medh affmåles oß/ then Blygſamheet och Tucht
Som anſtår Echtafolck/ dem pryder mechta Smucht
Som Rachel ſinom Man/ then hon bewijſte Troo;
Så bör ock ächta Paar/ i Echtenſkapet boo/
Then bäſta Sädh och Korn vthwällier och vthleter
En Dufwa ſigh til Spijs/ hwar af hon blifwer feter:
Gudz Ord thet Ädla Korn/ ſom Siälens enda Spijs
Bör älſkas i all ſtund/ om man är klook och wijs
Medhdela thet ſin Barn/ ſom vngar ſijn' til Födo
Ty ſå giör Dufwan wår/ medh ſtoor Beſwär och Mödo/
En ſådan frommer Siäl/ och en ſå ſpaker Dufwa
Then Fromheet hafwer kär/ ſkal nu när Eder ſofwa
BRUDGUM Höglärder Man/ ſom wärd är ſådan Dam,
För Dygd och Lärdom ſijn/ ſom är af Ädel Stam/
Gudz Godheet märkes wäl/ ſom ſådant Wärck haar giordt/
At et ſå heligt Band/ nu blijr ſå wijda ſport
Så bör och BRUDEN wår/ Gudz Mildheet högt beprijſa/
At hon får ſådan Man/ ſom räcknas bland the Wijſa.
O Gudh tu Helge And/ tu reena kyſka Dufwa
Slå nedh all Diefwuls Macht/ alt ondt tu vnderkufwa
Gijff Glädie Luſt och Frögd/ wälſignelſe och roo
Låt länge blomſtras them/ medh fridh här ſammanboo
Som nu ingå Förbund/ gijff them all Luſt och Gamman
In til the mätt aff Åhr/ ſin Ögon ſluta ſamman.
Och när the blifwa Gråå/ ſnöhwijte ſåſom Dufwor
Han them heemföre tå/ ſom heel wälmognad Drufwor.

Hwilket Contrahenternes tienſtwilligſte önſkar
GUSTAVUS T. HIELMBERG.